



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 29. Cleri Gallicani decretum contra Fratres Minimos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

„beant potestatem remittendi obligatio-  
 „nem solvendi, aut differendi solutio-  
 „nem debitorum; dandi veniam, vel  
 „restituendi famam, vel satisfaciendi  
 „pro injuriis illatis: ac proinde non im-  
 „pendant absolutionem, nisi poeniten-  
 „tes parati sint satisfacere, sive pro de-  
 „bitis, sive pro injuriis illatis, extra  
 „casus, in quibus leges permittunt illud;  
 „quarum Confessarii tantum sint in-  
 „terpretes. II. Quod juxta Concilium  
 „Tridentinum nihil possint circa casus  
 „reservatos, ac proinde ne se immi-  
 „sceant, ab iis absolvendo, nisi in sum-  
 „ma necessitate.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1653.

Hanc censuram non modo Theodo-  
 rus Lylvoltius Facultatis Decanus, sed  
 etiam Mechliniensis Archipræsul &  
 Gandavensis Episcopus confirmarunt,  
 uti videbimus.

§. XXIX.

*Cleri Gallicani decretum contra Fra-  
 tres Minimos.*

Præter alia negotia, quæ Franciæ *Comment.*  
 Præsules Parisiis in suis comitiis *Cler. Gali.*  
 generalibus congregati deciderant, de- *t. I. p. 653.*  
 cretum quoque ediderunt adversus Fra-  
 tres Minimos Valentiniæ Urbis in Del-  
 phinatu sitæ. Hi enim neglecta Va-  
 lentinensis Episcopi auctoritate ac li-  
 centia Corpus Venerabilis Mariæ Tes-  
 soniere

SÆC. XVII. soniere publicæ fidelium venerationi  
 A. C. 1653. exposuerant, cum ergo id aliunde  
 Sede Apostolica prohibitum esset, pe-  
 riter Præsules hanc agendi rationem  
 improbarunt, publicumque ejusmodi  
 cultum huic Venerabili Virgini exhibe-  
 ri vetarunt, donec Episcopi examen  
 judicium & approbatio accederet.

## §. XXX.

*Religionis dissidium inter Helvetios  
 Calvinistas & Catholicos.*

*Hotting.  
 Helv. Eccl.  
 Hist. p. 3.  
 lib. 7.  
 Hafner.  
 Theatr. II.  
 p. 3000. &  
 seqq.*

Hoc item anno motus in Helvetiis ex-  
 levibus initiis Catholicos inter &  
 hæreticos tandem in grave bellum e-  
 rupit; cum enim Calvinistæ Templum  
 Frauenfeldæ contra pacta erigerent, &  
 Glaronenses Acatholici jam a pluribus  
 annis circa scholas, causas matrimo-  
 niales, supplicationes sacras &c. varia  
 in præjudicium Catholicorum innovare  
 præsumerent, & Religiosos ex Catho-  
 licis Grisoniæ locis expellere & Catho-  
 licæ Religionis exercitium turbare non  
 cessarent, Catholici iterato opponebant  
 Badensis transactionis leges, vi quarum  
 die duodecima Decembris Anno  
 Christi millesimo sexcentesimo quinquage-  
 simo primo sancitum, ut neutra pars  
 in libero fidei suæ exercitio præpedire-  
 tur, nec ad Religionis, rituumque mu-  
 tationem